


SCRIPTORUM CLASSICORUM  
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII  
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO  
LONDINI ET NOVI EBORACI  
APUD HENRICUM FROWDE



NO. 17 1917

LGr  
P718B4

# PLATONIS OPERA

RECOGNOVIT  
BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

IOANNES BURNET

IN VNIVERSITATE ANDREANA LITTERARVM GRAECARVM PROFESSOR  
COLLEGII MERTONENSIS OLIM SOCIVS

TOMVS III  
TETRALOGIAS V-VII CONTINENS

P. . . . .]

OXONI

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

118950  
5/10/11

1887

OXONII

*Excudebat Horatius Hart*

*Typographus academicus*

PA

4279

A2

1905

t. 3

## PRAEFATIO

IN his dialogis recensendis partim novis collationibus usus sum. integerrimum in tetralogiis V-VI testem Clarkianum (B) ipse denuo excussi et pauca quaedam a Schanzio parum accurate enotata obiter correxi, id agens praecipue ut veterem diorthotam (B<sup>2</sup>), sive is Arethas sive librarius Arethae fuit, a recentioris aetatis correctoribus (b) ubique secernerem. codicis Vindobonensis 54. suppl. phil. gr. 7 (W) lectiones in tetralogiis V-VI viro doctissimo Iosepho Král plerasque debeo; is enim de omnibus fere locis gravioribus certiolem me fecit et in *Lachete* et *Menone* collationes suas comiter mecum communicavit. in tetralogia VII eiusdem libri collationes a Kunzio in Schanzii usum comparatas compilavi. in *Gorgia*, quotiens de codicis W scriptura non constabat, in eius locum successit eiusdem stirpis Palatinus Vaticanus 173 (P), quem diligenter contulit scholaris noster Petrus S. M<sup>o</sup>Intyre, in Italiam a curia universitatis Andreanae studiorum causa missus. codicis denique Vindobonensis 55. suppl. phil. gr. 39 (F) conferendi laborem singulari humanitate ultro suscepit et perfecit Iosephus Král, cui praeter omnes ex animo gratias ago. codicis Veneti Marciani app. class. 4. 1 (T) lectiones Schanzii editioni omnes acceptas refero.

## PRAEFATIO

In tetralogia VII, cum Clarkiani (B) auxilio destituti simus, ducem potissimum nobis eligendum esse Venetum T rectissime statuit Schanz, ita tamen ut Vindobonensem W non ex T ad nostram memoriam propagatum esse fateretur, sed ex communi fonte, quem littera M significavit, derivatum esse. illud addit, in tetralogia VII familiae primae auctorem esse W (*Platonis opera*, vol. IX, p. x). duorum praeterea librorum, Veneti Marciani 189 (S = Bekkeri Σ) et Vindobonensis 55. suppl. phil. gr. 39 (F) rationem habendam esse duxit, suoque iure statuit nec S ex Vindobonensi nec Vindobonensem ex S descriptum esse, sed in *Hippia minore*, *Ione*, *Menexeno* ambos libros ex uno fonte, quem nota N significavit, descendisse, quem fontem novum esse neque ex M derivatum, collatis locis quibusdam a Dionysio Halicarnassensi et Stobaeo excerptis, demonstravit. vides igitur Schanzium in his tribus dialogis fontem ab archetypo familiae primae et secundae diversum agnoscere; quod tamen addit, Venetum S et Vindobonensem F non testium duorum loco esse sed pro uno teste valere, licet in *Hippia minore*, *Ione*, *Menexeno* probabile sit, de *Hippia maiore* vereor ne festinantius concluderit. scilicet ipse nos docuit in *Gorgia*, *Menone*, *Hippia maiore* descriptum esse S ex Veneto Marciano 21 (Bekkeri Υ), codicis W affini, qui hos dialogos post *Parmenidem* insertos habet, ut ordo Thrasyllaeus turbatus sit, post *Alcyonem* vero in S quasi novum librum incipere, cui nihil cum Υ commune sit; complures enim dialogos ex diverso fonte petitos adiunctos esse, quorum primi sunt *Hippias minor*, *Io*, *Menexenus* (*Platonis opera* IX, p. xix). vides in his sex dialogis

duos fontes repraesentare codicem S, quorum alterum, ex quo *Hippiam minorem*, *Ionem*, *Menexenum* habet, non est dubium quin recte statuerit vir in his rebus sagacissimus Vindobonensis F quoque fontem esse, sed nullo pacto inde colligere licet etiam in *Hippia maiore* eandem memoriam referre F et S, ut in hoc dialogo vetustissima memoria redintegranda sit ex solo M (ib. p. xviii), id est ex librorum TW communi archetypo. etenim veri similis videri debebat Vindobonensem F, qui *Gorgiam*, *Menonem* et tetralogiam VII iusto ordine deinceps exhibet, hos dialogos omnes ex eodem fonte, archetypo N, descriptos habere. nempe hic est ille liber quem in *Politia* ex exemplari pervetusto uncialibus litteris exarato derivatum esse monui, idemque de eo etiam in *Gorgia*, *Menone*, *Hippia maiore* valere iam tum suspicatus sum, cum in eius apographis, vel certe affinibus, Flor. x et Ang. v, complures errores invenissem, quos ex unciali scriptura ortos esse in aperto erat, et rem procul dubio ita se habere ex Králii collationibus statim intellexi. ex libro manco et mutilo uncialibus litteris exarato hic quoque descriptus est Vindobonensis F, cuius rei fidem faciunt lacunae in textu altera manu (f) suppletæ et errores quales sunt *Gorg.* 467 b ἔχεται à pro σχῆτλια (CXETΛIA) et 525 c ἐδίδου pro ἐν αἰδου (ĒAIDΟΥ)<sup>1</sup>. tenemus igitur in *Gorgia*, *Menone*, *Hippia maiore* novum archetypi N testem, in *Hippia minore*, *Ione*, *Menexeno* aliquanto sinceriores codice Veneto S, quae res vel inde apparet quod in F loci Homerici non ad exemplar librorum Homericorum correcti sunt, quod passim in S factum

<sup>1</sup> *Classical Review*, xvii. pp. 12-14.

## PRAEFATIO

videbis, ut uno alterove exemplo allato iam monuit Schanz.

Codicem Vindobonensem F in *Politiae* praefatione *non aliunde ut fit interpolatum* esse dixi, id est nullas lectiones a prima manu habere ex aliis libris Platonicis inventas, quod video nonnullos perperam intellexisse. non enim in mentem mihi venire potuit interpolationibus omnino carere textum quem praebet. immo vero interpolata erat et multifariam deformata recensio quam sequitur, sed haec omnia magistello nescio cui Byzantino, non librario indocto, imputanda esse arbitror. his igitur neglectis, vide num interpolatorem redoleat lectio  $\epsilon\nu\ \pi\upsilon\theta\lambda\acute{o}\nu$  pro  $\epsilon\nu\ \pi\upsilon\theta\theta\acute{o}\iota$  (*Gorg.* 472 b) vel  $\theta\sigma\omicron\iota\varsigma$  pro  $\theta\epsilon\omicron\iota\varsigma$  (ib. 492 b). num casu factum videtur ut plurimas Aristidis, Dionysii, Stobaei egregias lectiones F aut solus aut cum Veneto S confirmet? nemo, opinor, haec serio affirmabit. quare meo iure videor etiam in *Gorgia*, *Menone*, tetralogia VII, hunc codicem in testimonium vocasse.

IOANNES BURNET.

*Scribebam Andrepoli*  
*e Collegio S. Salvatoris et D. Leonardi*  
*mense Martio M.CM.III*

Impressio secunda non nullis in locis correcta.

*mense Ianuario M.CM.IX*



## DIALOGORVM ORDO

## TOMVS I

TETRALOGIA I	ED. STEPH.
EVTHYPHRO . . . . .	I. pp. 2-16
APOLOGIA SOCRATIS . . . . .	I. pp. 17-42
CRITO . . . . .	I. pp. 43-54
PHAEDO . . . . .	I. pp. 57-118
TETRALOGIA II	
CRATYLVS . . . . .	I. pp. 383-440
THEAETETVS . . . . .	I. pp. 142-210
SOPHISTA . . . . .	I. pp. 216-268
POLITICVS . . . . .	II. pp. 257-311

## TOMVS II

TETRALOGIA III	
PARMENIDES. . . . .	III. pp. 126-166
PHILEVS . . . . .	II. pp. 11-67
SYMPOSIVM . . . . .	III. pp. 172-223
PHAEDRVS . . . . .	III. pp. 227-279
TETRALOGIA IV	
ALCIBIADES I . . . . .	II. pp. 103-135
ALCIBIADES II . . . . .	II. pp. 138-151
HIPPARCHVS . . . . .	II. pp. 225-232
AMATORES . . . . .	I. pp. 132-139

# DIALOGORVM ORDO

## TOMVS III

### TETRALOGIA V

THEAGES . . . . .	I. pp. 121-131
CHARMIDES . . . . .	II. pp. 153-176
LACHES . . . . .	II. pp. 178-201
LYSIS . . . . .	II. pp. 203-223

### TETRALOGIA VI

EYTHYDEMVS . . . . .	I. pp. 271-307
PROTAGORAS . . . . .	I. pp. 309-362
GORGIAS . . . . .	I. pp. 447-527
MENO . . . . .	II. pp. 70-100

### TETRALOGIA VII

HIPPIAS MAIOR . . . . .	III. pp. 281-304
HIPPIAS MINOR . . . . .	I. pp. 363-376
IO . . . . .	I. pp. 530-542
MENEXENVVS . . . . .	II. pp. 234-249

## TOMVS IV

### TETRALOGIA VIII

CLITOPHO . . . . .	III. pp. 406-410
RESPVBLICA . . . . .	II. pp. 327-621
TIMAEVS . . . . .	III. pp. 17-105
CRITIAS . . . . .	III. pp. 106-121

## DIALOGORVM ORDO

4

TOMVS V <sup>1-2</sup>

## TETRALOGIA IX

MINOS . . . . .	II. pp. 313-321
LEGES . . . . .	II. pp. 624-969
EPINOMIS . . . . .	II. pp. 973-992
EPISTVLAE . . . . .	III. pp. 309-363
DEFINITIONES . . . . .	III. pp. 411-416

## NOΘEYOMENOI

DE IVSTO . . . . .	III. pp. 372-375
DE VIRTUTE . . . . .	III. pp. 376-379
DEMODOCVS . . . . .	III. pp. 380-386
SISYPHVS . . . . .	III. pp. 387-391
ERYXIAS . . . . .	III. pp. 392-406
AXIOCHVS . . . . .	III. pp. 364-372

## SIGLA

- B = cod. Bodleianus, MS. E. D. Clarke 39 = Bekkeri ϑ  
T = cod. Venetus Append. Class. 4, cod. 1 = Bekkeri t  
W = cod. Vindobonensis 54. suppl. phil. Gr. 7 = Stallbaumii  
Vind. 1  
F = cod. Vindobonensis 55. suppl. phil. Gr. 39  
P = cod. Vaticanus Palatinus 173 = Bekkeri b  
S = cod. Venetus Marcianus 189 = Bekkeri Σ